

0131-20:437-441, 1897

SPECIES ALIQUOT NOVÆ VEL MINUS COGNITÆ GENERIS  
ANTHIDIUM FABR.,

a H. FRIESE Oenipontano descriptæ.

1. *Anthidium schulthessii* n. sp. ♂ ♀.

Nigrum, sparsim flavo-fasciatum et albido-hirtum, ut *fasciatum*, sed facie nigra, clypeo longitudine fere duplo latiore, pedibus obscuris, abdominis segmentis 6—7 nigris, ♀ scopa ventrali ferruginea, segmento 1 utrinque flavo-maculato, 2—3 fascia flava plus minusve interrupta, 4—5 flavo-fasciatis, ♂ — segmentis 3—6 flavo-fasciatis, 6 utrinque angulato, medio producto, margine crenulato, 7 obsolete quadridentato, segmentis ventralibus planis, 6 semicirculari, margine tumido. — Long. 7—7½ mm.  
Hispania.

2. *Anthidium zonatum* (ILL. i. l.) n. sp. ♂.

♂. — Nigrum, anguste flavo-fasciatum, fulvo-hirsutum, capite thorace subtiliter densissimeque ruguloso-punctatis, antennis nigris, clypeo, interoculari\* mandibulisque flavis, clypeo longitudine fere duplo latiore; thorace toto nigro, abdomine subtiliter denseque punctato, fere opaco, segmentis 1—5 fascia angusta flava, lateribus dilatatis, 6 trianguli, medio fortiter convexo, ante marginem flavo-maculato, 7 occulto, fuliginoso, obtuse tridentato, dente intermedio maximo; ventralibus rufis, convexis, griseofimbriatis, 4—5 profunde emarginatis, 6 plano, laevi, nitidoque, medio producto emarginato; pedibus fere nigris. — Long. 15—16 mm.

1 ♂ in collectione Mus. Berolinensis.

Patria?

3. *Anthidium elongatum* n. sp. ♂.

♂. — Nigrum, albido-maculatum, albido-hirtum, antennis fuscis, facie alba, clypeo longitudine fere duplo latiore; lobis lateralibus scutelli fere dentiformibus; abdomine parallelo, prolongato, segmento anali fere

\* Interoculare = Nebengesicht = genae Lepeletier, nec Morawitz.

quadrato, disco carina valida armato, 6—7 lateribus inermibus. — Long. 10—10½ mm lg.

Dalmatia (Lesina), Græcia.

**4. Anthidium oblongatum LATR. var. nigrum ♂ ♀ n. var.**

Ut *oblongatum*; sed abdomine fere toto nigro, vix segmentis 2—5 maculis minutissimis flavis.

Tirolia (Innsbruck, Hall.).

**5. Anthidium grande n. sp. ♂.**

♂. — Nigrum, rufo-maculatum, ferrugineo-hirsutum, capite sanguineo, abdominalis segmento 6 sine dentibus, 7 quinquedentato, lateribus dente minuto armato, medio producto, tridentato; ventralibus rufis, marginibus fulvis, 5 leviter emarginato, 6 plano, disco lœvi nitidoque, leviter carinato; pedibus rufis, femoribus obscuris. — Long. 23 mm.

Amasia (Asia min. Mus. Budapest).

**6. Anthidium kohlii n. sp. ♂ ♀.**

Nigrum, albo-fasciatum, albo-hirtum, ut *diadema*, sed multo minor, metathoracis area cordiformi lœvi, basi punctata, abdominalis segmentis fasciis albidis integris, ♀ segmento anali albo, scopa ventrali alba, ♂ segmento 7 tridentato, dente intermedio paulo minore, dentibus omnibus acutis; ventralibus fuliginosis, convexis, marginibus membranaceis, 6 subtiliter transverse punctulato-striato nitido, utrinque dente nigro armato. — Long. 8 mm.

Caucasus (Araxesthal, RETTNER 1889, Mus. Wien).

**7. Anthidium rohlfsii n. sp. ♂.**

♂. — Nigrum, flavo-fasciatum, longe albido-hirsutum, capite transverso, thorace latiore, clypeo longitudine latiore, facie flava, mandibulis bidentatis, capite thoraceque subtiliter punctatis nitidisque; scutello rotundato; abdomine disperse punctato, segmento 1—7 latissime flavo-fasciatis, 6 utrinque dentato, 7 tridentato, lateribus buccatis, dente intermedio nigro; ventralibus ferrugineis, albido-fimbriatis, 6 basi nigro, nitido concavoque, emarginato, utrinque dente nigro armato; pedibus flavis, rufo-maculatis, femoribus obscurioribus. — Long. 10—11 mm.

Sokna (Africa bor. ROHLFS, Mus. Berlin).

8. *Anthidium diadema* LATR. v. *caucasicum* n. var. ♂ ♀.

Ut *diadema*; sed corpore evidentius flavo-fasciato, antennarum scapo antice flavo.

Caucasus, Turcestania.

9. *Anthidium diadema* var. *turcestanicum* n. var. ♂.

♂. — Ut var. *caucasicum*; sed metathorace abdominisque segmentis 1—3 plus minusve rufis.

Turcestania.

10. *Anthidium diadema* var. *obscurum* n. var. ♂ ♀.

Ut *diadema*; sed thorace toto nigro, ♀ abdominis segmentis angustissime flavo-fasciatis, fasciis medio interruptis marginem lateralem non tangentibus.

Barcelona (Hispania).

11. *Anthidium punctatum* LATR. var. *fulvipes* n. var. ♂ ♀.

Ut *punctatum*; sed femorum apicibus, tibiis tarsisque ferrugineis.

Hungaria, Tirolia mer.

12. *Anthidium punctatum* var. *albofasciatum* n. var. ♂.

Majus; abdominis segmentorum fasciis latis integrisque, ut *diadema*. — Long. 10 mm.

Irkutsk (JAKOWLEFF); Irtisch (Mus. Berlin), Sibiria.

13. *Anthidium konowii* n. sp. ♂ ♀.

Nigrum, flavo-fasciatum, brevissime fulvo-hirtum, capite thoraceque opacis, grosse ruguloso-punctatis, clypeo convexo, margine anteriore crenulato, antennis brevissimis compressisque, scutello lobisque semicirculariter flavo-ornatis; abdominis segmento 1 utrinque flavo-maculato, 2—5 (♂ 2—7) flavo fasciatis, ♀ facie nigra, segmento anali nigro, margine crenulato, fere denticulato, scopa ventrali medio ferruginea, in lateribus alba; ♂ facie, scuto frontali scapoque flavis, segmentis 6—7 flavis, 6 utrinque dentato, margine posteriore crenulato, 7 quinque-dentato,

ventralibus albo-fimbriatis, 5 emarginato, 6 plano, angulato. — Long. 8—8½ mm.

Algeria, Asia min. (Brussa), (Mus. Wien, Budapest).

**14. Anthidium montanum Mor. var. flavomaculatum n. var. ♂ ♀.**

Abdominis segmentis disco maculis minutissimis flavis, 2-3 quadri-, 4-6 bimaculatis.

Alpes Innsbruck, Andermatt, Alp. Ponchette.

**15. Anthidium affine Mor. var. monile (Ill. i. l.) n. var. ♂ ♀.**

Ut *affine*; sed abdomine rufo, fortiter flavo-fasciato, tegulis rufis, flavomaculatis, pedibus rufis, nigro-flavoque maculatis. — Long. 8—9 mm.

Lusitania (1 ♂ Mus. Berlin), Le Tarf (24. VII. 1896, coll. SAUNDERS).

**16. Anthidium tessellatum Klug var. aegyptiacum n. var.**

Corpo toto rufo, albido-maculato, capitis thoracisque maculis minutissimis nigris. — Long. 16—17 mm.

Aegyptus (Mus. Wien 2♂).

**17. Anthidium nitidicolle n. sp. ♂ ♀.**

Nigrum, albo-fasciatum, albo-tomentosum, capite subtiliter et dense punctato, facie alba, albo-hirsuta, mandibulis, capite posteriore antennarumque scapo albidis, antennis ferrugineis; thoracis disco sparsissime punctato, nitidissimo, mesonoti lateribus, scutello lobisque albido-signatis; abdomine fuliginoso, sparsim punctato, nitido, segmentis margine subtiliter denseque punctatis, segmentis 1—6 basi latissime albo-fasciatis, marginibus 3—6 pilis stratis niveo-fasciatis, ♀ scopa alba, ♂ segmento 6 utrinque dentato, 7 medio semicirculariter profunde exciso, bidentato. — Long. 8 mm.

Aegyptus (Koubbeh, 5. Mai, Abbascich, 12—19. Mai 1896, bei Kairo, am Rande der Wüste von F. D. MORICE gesammelt).

**18. Anthidium reticulatum Mocs.** ♀.

1884. — *Anthidium reticulatum* Mocsáry, Termész. Füz. VIII. p. 260. ♂.

♀. — Nigrum, brevissime griseo-hirtum, capite thoraceque densissime ruguloso-punctatis, clypeo basi flavo-maculato, flavis: interoculari, macula longitudinali sub ocellis, linea subtilissima marginis posterioris

capitis, mandibulis nigris, obtuse quadridentatis, antennis nigris, flagello fusco, subtus fulvo. Mesonoto antice lateribusque flavo-fasciatis, scutello lobisque subtiliter flavo-fasciatis, margine crenulato. Abdomine vix nitido, grosse profundeque punctato, segmentorum marginibus vix densioribus, 1 lateribus flavo-maculato, 2—5 late flavo-fasciatis, 2—3 fascia antice emarginata, 2—4 plus minusve interruptis, 6 nigro aut utrinque flavo-maculato, scopa ventrali grisea. — Long. 9—10 mm.

Hispania, Græcia.

### 19. *Anthidium mocsáryi* n. sp. ♂ ♀.

Nigrum, flavo-maculatum, subtus sparsim albido hirtum; ut *reticulatum*, sed ubique grosse profundeque punctato, ♀ clypeo prolongato, margine anteriori tumido aut buccato, impunctato nitidoque, utrinque dente minuto armato, ♂ scutello flavo-maculato, tegulis ferrugineis, abdominis segmentis 3—6 flavo-fasciatis, antice medio sinuatis, segmento anali triangulariter exciso. — Long.  $7\frac{1}{2}$ — $8\frac{1}{2}$  mm.

Hungaria mer. (Deliblat 23. Julii, 1886), Fiume, Triest, Italia, Mehádia, Russ. mer. (Mus. Wien), Buccari, Fiume, 10. August 1889 (BIRÓ, Mus. Budapest).

### 20. *Anthidium cinctum* KLUG ♀.

1832. — *Anthidium cinctum* KLUG, ♂ — Symbol. physic. Dec. 3 Insect.; T. 28, F. 8.!

1833. — *Anthidium ferrugineum* var. *cinctum* SPINOLA, Annal. soc. entom. France VII. p. 521. ♂.

♀. — Ut mas, *ferrugineo* simile; sed abdominis segmentis 1—5 marginibus late niveo-fasciatis, marginibus 2—3 productis, scopa ventrali testacea; pedibus fulvis, albo-hirtis. — Long. 8 mm.

Aegyptus.

### 21. *Anthidium strigatum* PANZ. var. *luteum* n. var. ♂ ♀.

Ut *strigatum*; sed fortiter flavo-fasciatum, ♀ abdominis segmento 6 flavo-maculato, 2—5 flavo-fasciatis, ♂ segmentis 3—7 sepe omnino flavis. — Long. 6—7 mm.

Europa merid. (Græcia).



# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Monografien Entomologie Hymenoptera](#)

Jahr/Year: 1897

Band/Volume: [0142](#)

Autor(en)/Author(s): Friese Heinrich [Friedrich August Karl Ludwig]

Artikel/Article: [Species aliquot novae vel minus cognitae generis  
Anthidium FABR. – Termeszetr. Füz. 20 437-441](#)